Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



chis presumat. quia exinde grauissima
occasio scandalorum oriri potest. Quod si quis
hec transgressus fuerit. acrius coer-
ceatur: Ut non presumat quisquam
LETETVR aliud cedere aut
in monasterio. excomuni
omnis presumptionis occasio. care.
Ordinamus atque constituimus. ut nul
li liceat quempiam fratrum suorum excomu
nicare aut cedere. nisi cui potestas ab
abbate data fuit. Peccantes autem coram om
nibus arguantur. ut ceteri metum habeant.
Infantum uero usque ad quintum decimum
etatis. disciplinę diligentia et custodia
ab omnibus sit. sed et hoc cum omni mensu
ra et ratione. Nam in fortiori etate qui pre-
sumpserit aliquatenus sine precepto abbatis.
uel in ipsis infantibus sine discretione
exarserit. disciplinę regulari subiaceat.